

92-12

PERILLVSTRI,  
AC GENEROSISSIMO VIRO,  
TAM AVITÆ NOBILITATIS INSIGNIBVS, QVAM  
proprijs titulis spectatissimo; communi scientiarum  
suffragio conspicuo.

D.D. JOSEPHO ARGAIZ,

MAIORIS QVONDAM DIVI BARTHOLOMÆI  
Collegij præstantissimo alumno; Abderitanæ postmodum,  
& Abulensi dignissimo Episcopo, Regis Hispaniarum  
Magni Philippi à Confilijs.

NVNC DENVO PRO MERITIS, MAIORA  
poscentibus, Illiberitanæ sedis Antistiti  
meritissimo.

HOS PRO ACADEMIA, ET COLLEGIO, IN  
quadriennij temporis rotatu, deceptos ex iurisprudentia  
viridatio flores;

HAS EX IVSTITIÆ PENV FOECVNDISSIMA  
Thesles, ingratitudinis symbolum, in  
amonis tesseram.

D. IGNATIVS ALMANZA DE LEON,  
DIVI IACOBI ZEBEDÆI COLLEGII TOGA  
condecoratus, obsequentiissimo animo, lubens,  
consecrat, & dicat.

# СВЯТОЕ ПОСЛАНИЕ СВЯТЫМ АПОСТОЛЫМ ПАВЛОМ КО СВЯТЫМ ВОЛГОДАМ

## СВЯТОЙ ОФИЦИАЛЬНО

СВЯТОЕ ПОСЛАНИЕ  
СВЯТЫМ АПОСТОЛЫМ ПАВЛОМ  
КО СВЯТЫМ ВОЛГОДАМ  
СВЯТОЙ ОФИЦИАЛЬНО

СВЯТОЕ ПОСЛАНИЕ  
СВЯТЫМ АПОСТОЛЫМ ПАВЛОМ  
КО СВЯТЫМ ВОЛГОДАМ  
СВЯТОЙ ОФИЦИАЛЬНО

СВЯТОЕ ПОСЛАНИЕ  
СВЯТЫМ АПОСТОЛЫМ ПАВЛОМ  
КО СВЯТЫМ ВОЛГОДАМ  
СВЯТОЙ ОФИЦИАЛЬНО

**L**LV XERE Iam ( quam fausti ) solares illi  
 rotatus, in quibus, AMPLISSIME PRE-  
 SVL, Te mei nō verna etatis Milesij otij, sed  
 aliqualis, laboris Mecenatem adscriberem in-  
 dustriosus, industriosus, inquam, vix siquidem Te Abderia-  
 ne orbis reverens ego sacrum circunspexi Antistitem, cū Te  
 mihi fauorem presagium. Nec hæc dum taxat causa mea indu-  
 striosa extitit electionis, dum Mineruæ alumnorum ipso alli-  
 ceris ad Te persugio; dum studiosus studiosis faues, quippè lit-  
 terarum studiosus studiosorū prælibasti labores. Hæcce ne sub-  
 ticeet illa Salmanticensis nobiliorum orbis nobilissima Acade-  
 mia? Consulte ipsa assidua virtusq; Mineruæ assertorum fre-  
 quentia desudata marmora: veterimum ( satis ad perspicuā  
 eius notitiam veterissimi nomenclatura ) testor Collegium pe-  
 ritissimum, & eque nobilium virorum emporium, in quo  
 sui perillustri trabea refulsi, & à volutabili Dea mille ex-  
 portatis, clarissi, acclamationibus. Quod securius perdisce, ac  
 per nocti quadriennij elucubrationi tutamē, quā Tui prolixio  
 ribus excubij dedit: Et tibi propter rem experientia laboris,  
 ibi rei propter laborem appetiatio: ubi scientia adumbrat, ibi  
 scientiarum affectu cōquirunt cōmbram: ubi sapientia Ocea-  
 nus, ibi sinus riuiulos corfouens, in quō faciles fluitant, si obre-  
 punt humiles, & anxi pede decurrunt. Et quid si litteratura,  
 & nobilitas in patrono maritur? Totum erit ad patrociniū.

O cui auiti sanguinis splendor ! Quem tua claritant gentili-  
tia, in coccinata area vexillum sibi arrogantia candicatum,  
quod inter hostium muticem tuorum Maiorum animos prae-  
claruisse pate factat; quod niueum emicat, albicatum rendet,  
in ipsa purpura irradiat impurpuratum. Sed, cum atute-  
ielarium celitudine gloriam, & excellentiam, qualis in eoru-  
sphaerae mensurā conglobari queat, mutantur protecti, dum  
in Iuris prudentiae circum prouocor, Tecum in togata, Canonici-  
aque prudentia, præter Diviram Theosophiam, celebratissi-  
mo, quid mihi auspici non prometbor ? Quid non ornatus,  
dum omnia magna, & ampla in Te, quem Deus, Naturam,  
Fortuna omnibus ornatum volueret excellere rebus.  
Quid non fauoris ? Cum primariam in hyre Granatae digni-  
tatem substinens, hanc veluti primam bassim, ad moderatu-  
re epistylum erigendum, ieceris; gubernare nimirum (civilis  
doctrina politici Lipsi) cum fauore, laude, plausu, omnibus  
incutiens (videtur fuisse Lucretium de auguratum) blan-  
dū per pectora amorem. Quid nō tibi gratitudinis ? Cum  
exulante segnitie, & oscitantia, tota est de Liberis, Posthu-  
mis nostra elucubratio, cum de eis protegendi tota sit tua ocu-  
lata vigilia. Fave, & soue auspex, ILLVSTRISSIME  
PRINCEPS ; & sicut in Tuum asylum confugere, in me est  
officium, in tuam me adscribere clientelam, in te sit bene-  
ficium. Vale.

AMPHI-

3

AMPHITHEATRALIS CONCERTA-  
tionis ad titulū Digestis de *Liberis*, & *Posthumis*, here-  
dibus *instituendis*, vel *exheredandis*, subtilem adino-  
dū, & tricis & quē scatentē, veluti affixus scopus, ip-  
sa ex lunatis laborū arcubos (sed ingeniosæ indu-  
strie labore cuspidata) spicula, prouocans quivrate:  
depromptus ex oculatissima Iurisconsulturom  
prudentia, Legislatorum decretis, & interpretum  
accuratione: nec non in lucem proditus sub nostrę  
florentissimę Granatensis Academiz vene-  
randis conscriptorum patrum  
castigationibus.

(?)

PRO MATVTINO CERTAMINE.

Ad textum, in lege inter cetera 30. hoc titulo solemnis  
concertatio.



## I. F L O S.



PSA Tituli inscriptio, argumento ab ordine litte-  
ra, & scripturę seruato, satis evidenter, prius de  
liberis, quam de posthumis disceptandum esse, de-  
monstrare, videtur; posthumos enim ad præsentem iuriis in-  
dagationem, fas est, secerni; non, quia sub liberorum gene-  
rali appellatione regulariter nequeant comprehendendi, cum  
hæc

hæc amplissima nominis ethymologia omnes in infinitum descendentes ambire non renuat: sed ex eo solūmodò, quia ad connexam huius tractationis indagationem, ne difficultatis involucro confunderetur, necessitas ipsa latam illius significationem ita restrinxit, ut ultra filios natos, & in parentum potestate constitutos, ne utriquam extenderetur.

## II. F L O S.

**Q**uo circa Gaius inter consultos alioqui peritissimus lib. 17. ad Edictū prouinciale in nostrā lege *inter cetera* 30. dūm principale ius testarētorum voluit definire, institutionem, vel exheredationem liberorum posteritati nostræ mandatam prescripsit, quin hoc prouidissimo dispositionis capite posthumos amplecti excogitasset, in quibus nulla vtique appareret præscisa institutionis, vel exhereditationis indigentia; sed tantum ad supremi elogij consistentiam, filios sub vinculo paternæ potestatis testamenti facti tempore existentes, ne inutile euaderet, nominatim instituendos, aut expressè exheredandos curauit.

## III. F L O S.

**A**st melioris suffragij interpretes, qui haic consulti expeditissimo capiti manifestam vim inferre effugiant, & diuinatorijs aliorum alterationibus, non se difficiunt passi sunt, incunctanter autem arunt, illud ita intelligendū esse, si liberi, secundum formam, & faciem, aptamque membrorum compaginem, quam humano generi, rerum natura, eiusque

supremus artifex affabré præscripsit, editi fuerint: nam si monstruosi aliqui, vel prodigiosi nati sint, contra formā humani generis, cōuerso more procreati, & ostentum præferentes, non sunt liberi, neque pro liberis habendi.

#### IV. F L O S.

**Q**uare in tātum verum est, testamenti firmitatem, eiusque validationem ex horum institutione, aut ex here-datione non dependere, quod, cum in rerum naturā inter liberos connumerari abhorreat, effectum est talem partum mōstruosum occidentem, non intelligi homicidam, neque ob id lege Cornelī de Sicarijs tenet: cum illum in nostrā Christianę Religionis congressum, sacro regeneracionis lauacro consignare, Catholica Fides non permittat.

#### V. F L O S.

**S**ed licet hoc in liberis monstruosis, & prodigiis ita sit stabilitum; illud tamen similitatem non valet obtinere, in his, qui ex septe matris utero, vitę aerem hauscent, & ab eius visceribus evolvi, instar viperar, in lucem prodierūt, & quasi similē naturali patricidio gignuntur: hos ergo qui cōmuni plausu liberti essecti, seu cælares appellātur, ab omnibus, quę filijs à iure sunt concessa, nefas esset, remouere.

#### VI. F L O S.

**Q**uod quidē, sic se habere, putamus, dummodò prædicti

dicti partus legitimi temporis fucint , ita ut natura ipsorum  
vitali auro nō resistat, licet statim decedat: alioquin si ope  
hominis éuisceribus avulsi de ducantur, ita, ut, vel ex defe-  
ctu temporis, vel ex nostra debilitate spes vitæ nulla super-  
sist, haud dubie, à iure nostro non cognosci, eiusque in con-  
sideratione non intelligi, certum est.

## VII. F L O S.

**I** Neidimus hinc obiter in illam celebratissimam undequa  
que questionem: non solum inter consultos exagitata;  
venit am inter Medicos, & Philosophos cōtinuis vexationibus valde controvēsam , de tempore humani partus  
quoad effectum huius instituendi, vel exheredandi necessi-  
tatis, & legitime successionis requisito? In cuius discepta-  
tionis congressu, tam ex sententiâ Pauli subuixi Hypocratis  
authoritate, Scœnolæ, ac Vlpiani, quam securus est Iustitia  
nur, & Regale nostrum ius postmodum p̄ scriptum tuum de-  
mum partus effectus legitimatis sortiretur , quando intra  
decem menses editus fuisset, dummodo ad minus centelli-  
mo octuagessimo secundo die natus esset , alias enim iuris  
præsumptio in contrarium euera est.

## VIII. F L O S.

**A** Dhæret præcedenti questioni alia non minus in iure  
nostro nobilissima, quæ rogat , an scilicet partus ille  
à muliere quinquagenariâ emissus , ad omnes suitatis effec-  
tus admittatur? Et quamvis cum mirabilem, ratum, ac ve-  
luti

lati impossibilem apellet Iustinianus, nihilominus in id sumiter iustissimus, scilicet, predictum patrum, quantumvis aquinquagenatia editum; vel ab homine sexagessimo generatum, inter quos iustas nuptias Populus Romanus inhibuit, apparentum legitimâ successione neutiquam esse excludendum.

2011.11.11. IX. F L O S.

**E**st igitur principale ius, & fundamētum testamenti, pro forma præcissé requisitum; sine quā supremum parentis iudicium profus evertitur, & inutile redactum, subsistere nequit, de liberis heredibus instituendis, vel exhereditādis: cūm alias ipsa naturalis ratio filium, neque iuste inserviū, neque nominatim exhereditatum relinqui, acriter repugnare noscat; quam huius sanctissimæ dispositionis necessitatem, ne alto silencio prætermitamus, pro comperto aguoscimus, ac libenter fatemur, à naturā ipsā, eius curā, & visceribus, in parentum comuni voto transfusis, ad ciuites mores, & leges, sicut dubio, & sine cunctatione manasse.

2011.11.11. X. F L O S.

**C**um tamen sit insitum à naturā in omnibus animalium speciebus similem sibi querere, propter diuturnitatis vestigium, & hominem in ævum diutaturum fœdus naturale non patiatur; ipsis vitæ imperium homo protogare desiderans posteritatis suæ, & cuiusdam perpetuitatis increibili studio ductus, atque ipius, nature impulsu, & propri-

B

con-

conferuationis appetitu commotus, & anxiatus; diuturnitatis sue viam requisivit, & filios procreando, qui sibi, post triploru[m] obitum, heredes extitissent, & sic, quasi quadam renovatione, vel ut altera Fœtus auis toto orbe mirabilis, in perpetuum vivere, intelligeretur.

### XI. F L O S.

**E**X quibus fit, ipsam naturam, patris, & filii personam unam eandem met existimadā fore, simuisse, quod & hi iuris fictione potius, quam naturā, fieri nō nulli ex interpretibus contendant; certe tamen natura illud vehementer shadet; cūm unus, idemque sanguis in patre, ac in filio communicatus inueniatur: & filius, portio viscerum, & parerai corporis, seu membrum, vera ipsius effigies, seu imago mutetur, & uterque semp̄r eadem voce loqui credatur.

### XII. F L O S.

**Q**Vapropter representationem parentum, quæ continetur per liberos, vetum intelligitur, non esse fictionis opus, sed descendere ab ipsa veritate naturæ: quod accidit in delatione maioratum nostræ Hispanie, quorum possessio, ex vi representationis quasi iuncta descendit ad heredes; idque non indigere aliqua fictionis figurâ, ex eo compertum est, quod naturalis æquitas id per necesse, ex postulat, ut omnes prædicti effectus vinculo illius flagrantis necessitudinis adstricci, illam, quam appetunt, immortalitatis vim, per successuam diutinitatis memoriam, in seum duraturam, consequantur.

### XIII. FLOS.

XIII. F. L O S.

**A** Dhoc etenim operatur iugens ille, insitus à naturâ, atque impensus parentū in liberos amor, siquidem prius libertoram salutem, quam suam appetiunt; siveque *Filius* nomen, quod exortum habuit à verbo Graeco *Philos*, scilicet *Philon*, latine sonat, & interpretatur *Auctor*, quasi filius summa, & compendium totius paterni amoris intelligatur, quare non aliter cordis affectum alicui aperire possumus, nisi du *Filiis* nomine, eum appellamus.

XIV. F. L O S.

**E**x cuius nature virtibus, & parentum amore, secuta est illa admodum inexcusabilis necessitas alendi liberos, in omniibus, quæ ad vitam degendam desiderantur; que auspiciatissima, ac diuina sanctio non solum ex æquitate, verum etiam ex ipsa sanguinis charitate descendit: arque ideo contra naturales sumulos patrē ire, diceretur, scilicet si hāc debitā educationem filijs detrectasset, ac similiter, qui tuēdi, & gubernandi filijs, etiam emancipati curam omitteret, cūm ex illa fictione naturæ veritas obumbrari nō decet, præcipue, cūm hoc simūl omni georū animantium sit à naturâ tribulum, et se vitam, corporisque rucantibz, & irrationalia, præcibusque speciei, indigentia alete non desinant; id maiore cūm ratione in hominibz fulget, ac præualet, qui propriæ cōservationis appetitu commoti, potius liberorum, quam sui amore producti, diuinitarum adquisitione continuo labore insudantes, illas, non proprijs sumptibus, sed filiorū edificationi conquirunt, q̄d mutuū dignitatem locorum p̄tēt.

XV. F L O S.

**Q**uod ad coverum est, ut si aliqui pater alimento rum prestationem liberis defraudaret, prolem propriam incare diceretur, ac veluti ex partatione eiusdem homicidi plectendus esset; exemplo Medææ in prouidissimæ formæ, quæ propriam soboleni perdidit, quæ tamen condigna huius delicti poena fuit pregrauata, cum tanta pietas filii obseruasse non sit, quantum facimus occidisse.

XVI. F L O S.

Z O M I X

**Q**uod citè a patre, cum in libertis vicitus sit, & per ipsos representandus paterna prouidentia post mortem exteditur, & impensis, in illud tempore filii prospicit, in quo splotum parentum auxilio destituti, nullo, aut certe insirmo indigent, vel inopix levamine, aut subsidijs afficiendi sunt precipue cum patrum scopus, omnique studium in eo versetur, ut generent liberos, & haeredes habeant.

Z O M I X XVII. F L O S.

**E**x quibus omnibus constat, quod, cum suadente coacta ratione naturæ, alimenta liberis debentur, eiusdemque impulsu, & parentum communī voto ipsis ad congruam virtutē subventionem parata sint; postmodum eadem met bona, atque patrē cum successionē filii non relinquere nefas esset, ut sic deinceps se tueri, ac exhibere possint, & incommodum, quod circa vitę subsidium, parentibus orbat, senserant;

ferant; si pati bonis, reliquis ex votō , ac naturali charitate,  
aliquatenus valcent, reparare legitimam honorum portio-  
neni, post mortem loco alimentorum succedentem, iphis  
relinquendo.

### ○ Capitulum XVIII. F L O S.

**N**orma tamen, seu quantitas huius legitimæ portionis;  
a iure ciuili, maximo operum naturæ in itatore pres-  
cripta fuit: sed cum præstigi necessitas a iure naturali sit  
inducta; hac de causa, haud dubie certum est ut in totum  
tolliri non possit, in quorum portione, seu quota liberi in vira  
parentum domini existimantur, ac ideo post eorum mortē,  
tantummodo liberam eorum administrationem, qua alia  
propter idemperitatem, & fictionem unius corporis, cuius ca-  
put est pater, a iure ciuili dispositam intercesserat, consequi-  
videtur, ad quod nulla indigent additione: sicque cognos-  
cimus ius ciuale naturali robur tribuisse, ipsiusque validatio-  
nem confirmasse.

### XIX. F L O S.

**H**Æc deinceps aëdi necessitas, ex aduerso filio diuti in  
cubit; si parentes se aliud non possint proprijs faculta-  
tibus vitæ conseruacioni prospicere: & successionis nomi-  
ne, si forte, turbato mortalitatis ordine, priis deceaserint,  
confiugare; sed non rigore, & virtute iuris naturalis; sed ratio  
nepietatis, & cõmiserationis, & ad solatium filiorum amis-  
torum.

### XX. FLOS.

## XX. FLOS.

**P**licer ad præsens resoluere; ne offuscationis nebulis perturbari possimus, an felicet hæc alimēta, filijs præstanta, debeat limitari intra sphæram viciū, vel sint extendenda ad alias res exteriorēs, sine quibus vita subsidium non periclitaretur? Pro cuius dubijs meliores resolutiones assuetamus, parentes non solūni adstringi debere ad præstationē viū us verūmetiam ad omne id, quod opus est, ut liberi fecundum ipsorum statum, & conditionē, fulgeant.

## XXI. FLOS.

**Q**uare omnes sumptus, quos filij fecerunt studiorū causa peregrinè, in aliqua universitate agentes, non veniunt computandi in rationem legitimam: etiam si predicti sumptus pro grauioribus disciplinis, ut liberalibus studijs imburentur, cum maiores gradus adepti essent, erogarentur; dummodo, & facultates parentum, & ingenium filiorum id flagitent.

## XXII. FLOS.

**H**ec igitur portionis quota, liberis à parentibus relinqua quenda est, aut expressè auferenda; nam si fortè illi alto silencio fuerint prætermisi, tunc nullum evadit supremū parentum iudicium, & filij ab intestate succedunt.

## XXIII. FLOS.

**XXIII. FLOS.**

**Q**ue quidem legitima portio, honorabili institutionis titulo debet relinquiri; aliter vero facta ultime voluntatis dispositio, eius validitas, omni iuris adiumento destituta est, testamentamque, sicut in precedentibus casu nullum euadit.

**XXIV. FLOS.**

**Q**uod si pater sibi extraneum reliquit institutum hereditatis, filio praeterito, talis institutio per necessitatem corruit, & filius nullius momenti illam reddit, etiam si, & legitima alio titulo reliquerat; semper namque filii interstitii honeri, & conimodo institutionis.

**XXV. FLOS.**

**S**Vccedit deinceps pro exactiori nostrae legis *inter cetera* intelligentia dicere, an illa necessitas instituendi, vel exheredandi liberos, debeat intelligi absque vi la partis definitione: eam nimirum de causa, quod hoc sit in parentis potestate, ac in eius libero arbitrio.

**XXVI. FLOS.**

**A**d cuius resolutionem, sciendum est, olim ex veteri iure, & more, patrem non teueri certam bonorum partem filiis relinquere, sed tantum eos instruere, vel exheredare, nec amplius quereretur, in qua portione essent instituti,

tuti, dum in modo obseruata esset suprà dicta solemnitas; quia si iura magis considerent de pietate, & effectu patris in liberis, pro quibus semper præsumitur, bene prospicere, nee velle bona sua liberis auferre, quibus ex votò parauerat.

### XXVII. FLOS.

**Q**uæ aequidem in definita solemnitas, taliter, ac proximè constat, fuisse obseruata per multū temperis spatium; & sic causè Vlpianus, dum meminit postfoniis, quæ ex defuncti patris bonis ad filium iure pertinuit, quantitatem non expressit, quia fortassis tempore suo, non tam cecepta, ac constituta fuerat legitima quantitas, quæ paucis retro temporeibus fuerat introducta.

### XXVIII. FLOS.

**Q**uaré si quid certius in hac rerum vetustate, & obscurâ nimis concertationis ansa colligi potest, illud constat, primum Antoniū Pium Cœsarem decreuisse, adrogatis inimicis quartam bonorum partem in bonis patris adrogare, & assignandā, & relinquerendā esse; à quo vulgo nomen quartæ Diui Pij usurpatum est.

### XXIX. FLOS.

**A**d cuius exemplum, subsequens in imperio Marcus Antonius Philosophus voluit, patrem naturalem, legitimum filijs suis quartam bonorum partem relinqueret, hoc

hoc est eorum, quæ ab interstato succedentes erat habituri: idque antiquæ septem partiti iuris constitutiones, etiam in istis Regnis probauerunt; eiusque naturæ erat hæc quarta portio, ut nisi tota integra relinquatur, agi de in officio testamento patris posset, quasi ex heredato filio.

### XXX. FLOS.

**A**TQUE ita se res habuit per temporum longa curricula, quo usque Iustinianus censens, & perscrutans, quā modicam bonorum patris portionem in hāc quartā liberi haberent, quibus omnia bona patris integra deberentur, ex voto naturæ, suā sanctissimā cōstitutione sanxit, legitimam liberis relinquendam esse tricentā, si quatuor aut partes filij existissent, semisēm eis consigaadum fore.

### XXXI. FLOS.

**A**D examen præterea adduximus illam apud interpretes valde exagitatam controversiam, in quā contendit acriter, an hæc præcedens legitima sit quota bonorum portio, an vero hereditatis? Quorū interpretū nō nulli portionē esse hereditatis crediderunt: alij postmodū frequētiori calculo imbuti, portionem bonorum esse existimarunt; & nos, qui sequimur probabilitia, rotam hoc ingens dēsidiū, probabili distinctionis fidei comp̄endū, putamus, ac inter se dissidentes, ac discordantes vnam, & alteram sententiam, ad amicitiam reducere, tentamus: defendimus ergo quid Regio, & Iustinianus iure atento, legitimam esse partem hereditatis, non bonorum.

### C

### XXXII.

### XXXII. FLOS.

**V**Num tamen obseruare decreuimus prælegatarium ter  
tię, & quinq; bonorum partis, loco heredis putandū,  
atq; pro rata portione æs alienū ex soluere, obligatū fore,  
quemadmodum perpetua heredum conditio est.

### XXXIII. FLOS.

**I**llud denique pro cotonā præsentis disputationis , restat  
inquirere , an scilicet legitima hereditatis portio ad fi-  
lios ab ipso vlo onore debeat peruenire ? In quo dicimus ,  
vetera iuris non adeo potestatem parentum in liberos , quæ  
semper irragio in pretio habita fu:t , ex authorate voluisse ,  
vt & si liberi , viuo eo bonorum paternorum quodam me-  
do domini haberentur , authoritatem etenim parentum pre-  
cipue in bonis eorum , quæ liberis relinquenda erant , pror-  
sus coercerent , & refrenarent . Quā de causā permisum ex-  
stat parentibus , liberos sibi heredes instituere sub conditio-  
ne tantum potestatiuā , casuali tamen , & mixtā , prorsus ab  
institutione reicitis .

### XXXIV. FLOS.

**C**æterum Iustinianus liberorum utilitati prospiciens ,  
attene: cautijsque considerans , in bonis parentum le-  
gitiman: adeo liberis deberi , vt debitum naturale ab ipso  
denominetur , sua constitutione decreuit , vt conditionibus  
quibusdam , vel dilationibus , vel aliquā dispositione , moram , vel  
modum ,

modum, vel aliud grauamen introducente, liberorum iura, qui ex antiquis legibus de inofficio testamento actionem mouere poterant, imminuta est; videantur ipsa conditio, aut illatio, vel quauia alia dispositio moram, vel quodcumque onus introductis, tollatur, & ita res procedat, quasi nihil eorum in testamento adiectum esset.

### XXXV. FLOS.

**C**uius constitutionis vigore, ius antiquum, quatenus permisit, filios, sub potestatiā conditione institui posse, correctum esse videtur; proinde, solum ad præfatos Doctorum quæstio interuenit in filio, vel sub conditione casuali, vel mixtâ instituto; an ydælicè eo casu cius institutio nulla sit, sicuti iura antiqua voluerunt, an vero sit substringenda in residuo, reiecta, quoad legitimā conditionē in qua in investigatione, mirum est, quantū turis interpretes se torqueant; inter quos, ardentis ycrioribus principijs, nobis assequi placet eorum sententiam, existimantium, institutionem profus nullam esse.

### XXXVI. FLOS.

**V**erum, adeò veram esse, & efficacem Iustiniani constitutionem, scotimus, ut nec pretextu cuiuscumque fauoris, aut priuilegiij, veluti militie, aut cause pœ, ellidi possit, sicmiter assecurare, non diffitemur; immo nec posse ullum reperiri casum, quo filius in legitimā prægrauati valcat, quoquo huius rei limitationes aliqui recensuerint à veri-

rata ab errantes ; duas tamen admittere , non repugnamus hodie, cognosci, præter quas nullo euētu filio aliquod onus iniungī debeat; quarum prima est, vt in melioratione tertij, pater quæcumque onera , & grauamina iniungere possit, conditiones; & restitutions. Secunda est limitatio, vt si filius tempore condendi testamenti paterni , vel post mortem patris consenserit grauamini, in legitimā adieō. Præter hos igitur duos casus filio debet relinquī legitima libera ab omni oneris impositione , vt supremum parentis iudicium valat sublinerti.

### XXXVII. FLOS.

**V**T igitur præcipuo difficultatis scopo nostrum matutinū certamen fœliciter terminemus, vnum, atque alterum fiorem constituere opere præmium duximus: in primo assuerantes, quod filij in parentum potestate constituti ab omni gradu exheredari debeat; vt ita ultima eorum voluntas securē, atque secundē, usque ad ultimos effectus peruenire valeat. Nec qualis qualis erit sufficiēs ex hereditate; sed talis debet esse, vt ab eâ omnis auferatur conditio, atque dilatio, & ab omni personā, & fieri debet, quoniam aliter nullum erit parentum iudicium.

### XXXVIII. FLOS.

**V**Ltimò aduentandum est, quod licet per exhereditationem, filij in potestate existentes, paternā hereditate priuentur; hoc verum non est statim, ac exheredantur, sed qmā dō

dō totum testamentum per exfiltriam heredis scripti confirmator, quia in parentum vita sunt, licet exhereditati, domini paternorum bonorum existimantur, atque sui heredes sunt.

## PRO VESPERTINO CERTAMINE.

*Ad textum in lege Gallus 29.H.N.T.*

ILLIUS ILLANUS  
XXXIX. FLOS.

**S**IE POSTHVM Nomen, quod à particula post, & humus, compositum est; in sententia aliquorum propriè comprehendit illum, qui posthumatum patre nascitur: Vlpiashi, dicuntur *damtaxat* qui post mortem patris nascuntur. Sed alij autem, posthumi esse idē esse ac postremum: ita posteriores pro posthumis & surpantes, ideoque contendunt posthumum propriè dici, qui postremo loco nascitur, sive patre mortuo, sive viuo. In alia sententia posthumus autem est, qui post mortem parentis nascitur: atque post testamentum factum in vīa parentis nascitur.

XXXX. FLOS.

**E**X sententia Catō duō genera posthumorum agnoscuntur, alios esse posthumos, qui verē, & propriè post mortem patris nascuntur; alios, qui, viuo eo, & post testa-

mē-

mentum factum, ideoque figurantur, & per Prolepsym, siue  
anticipationem postuumi appellantur, quia testatoris cogi-  
tatione, & affectu, tanquam post mortem nascituri inspicu-  
tur. Planè cessante hac testoris consideratione, & respectu, si  
in dispositione alia cōtractus, aut statuti fiat mentio posthu-  
morum, non continent, nisi eos, qui vere, ac proprie post  
mortem patris nascuntur, certius, rectius, ac receptius esse  
ambigui nequit.

---

## FORMA GALLII AQUILII.

### XXXI. FLOS.

**P**ER GIMVS. Iam ad posthumorum institutionem,  
propriusque accedimus ad formulā Gallij Aqui-  
lij, quæ tota est de istitutione nepotis pro-  
prié posthumi, qualis est qui post mortem patris,  
& avi nascitur, quem aperie Scœuola in præsenti proponit.  
Ut ergo res ab incunabulis, veteris iuris prudentiæ dedu-  
catur, supponimus in primis necessitatē illam liberos suos  
heredes instituendi, aut exheredandi parentibus ciuii iure  
impositam non pertinere proprię, atque stricte ad liberos  
posthumos, quippé ius illud, siue qualitas suorum heredum  
vnde hæc necessitas instituendi profuit, non reperitur, nisi  
in filijs, qui in potestate morientis fuerint.

### XXXII.

## XXXXIV. FLOS.

**A**sserimus deinde posthumos liberos non solum iuste Romanorum instituere necesse non fuisse , sed quod amplius est, nec posuisse institui attento antiquo illo stricto que veteris iurisprudentie statu, idque ut appareat, sciendum est Romanos iuris prudentes foetum , qui etiam si jam animatus sit , & quidem anima rationali , tamen omnino ante editionem , neque animal , neque hominem esse docuisse ; sed spem animantis , & portionem vilicetum matris denominabant, quibus, & consequenter docent consulti partum nondum editum , cum sit interim quodam accidentalis pars matris per se non subsistens, neque esse in rerum natura; sunt autem in hac consulti nostri Stoicos, Philosophos secuti , qui partum <sup>ad</sup> non dum , quicquid embryonem vocabant, concedebant esse pattern vteri, non animal, neque hominem.

## XXXXIII. FLOS.

**H**ic itaque de foetu nōdum nato censuræ, consequens est, posthumum quandiu in utero est, cum neque ut homo in rebus humanis, neque ut animal alia vel ratione in rerum natura per se subsistat, si, ut quod idem est, neque in hominum, neque in rerum natura sit, non modo institui attento stricto antiquo iure , exhereditari vel, non debuisse, ut nuper proposuimus, sed neque posuisse, quippe ut institutio valcat est necessaria in herede instituto qualitas testamenti factoris ; secuti accidit in foris hereditatis iacentis, quibus posthumus in hac parte equiparantur.

## XXXXIV.

XXXIV. FLOS.

**N**ecipit iam Scœuola Gallicum exponere consilium, cuius ratione futuri posthumi nepotes in eum cassum instituti, quod sui heredes existere possint, non rumpant ultimia testatorum elegia, & priorum locum occupat institutio posthumam nepotis spūi heredis futuri taliter facta ut in eius formulis nulla sit eratio mortis ipsius filij, colligi tamen, & comprehendendi possit ex ipsis met testatoris verbis; utrum possit sublineri testamentum ex tali institutione? Cui dubitationi affirmative respondere debemus, cum expresse constat, nepotem fuisse institutum in eum cassum, quo filius institutoris vita descedat.

**Q**uod autem dictum est in Galli formula de nepotis institutione, idem sit, & in pronepote admittendum, cū eadem urget in utroque ratio, & in omnibus alijs, qui agnoscendo, si se inueniat præteritos, rumpent testamentū: Nec ex eo, quod Scœuola ita Gallum exponat affirmandum est voluisse cū reprehēdere, vt plerique immēritō indicauerē, sed iusta potius interpretatione ipsum explanare voluit.

XXXVI. FLOS.

**I**nfer Gallicas difficultates enarrationes à Scœuola dilucidēt. Inuestigatas, nulla difficultor, nullaq; subtilior, hac ipsa, quā aggredimur explanālā, eā in ea maximi iuris nostri interpretates vix sibi consentent, nec mirum, quoniam ipsi prudē-

dentibus, & iurisprudenter authoribus certum; aliquid, & exploratum constitisse appareat. Estigitur plausibilis illa assertio, que ex quarto legis nosstra Galius capite descendit, videlicet, si testator in eum solummodo casum cōcerat institutio nem sui heredis posthumū faturi, quo filius naturaliter in testatoris vitā decedat; possit ne, ea ad similes casus extendit? Nimirū, si deportetur filius, vel ab hostiis captus sit, vel emancipetur cuius ratione desinit esse suus, & ne pos admitti, valeat ad auctam hereditatem ex sua institutione? Quæctioni obscurè adeo Scœuola respondet, ut vix sua percipi sententia possit, nos ergo ip presentium asseueramus prædictam futuri posthumū institutionem non ex Gallicā formulā yllas accigere vices; imò potius ex eā substineri non poterat: ceterum ad similitudinem sententiae legis Velleæ, quā noster Jurisconsultus Scœuola Galli Aquilij peritiſſimus interpres utitur, hoc ingens exagitatione difficultatis pondus componemus, & in eā ſiſtīmus sententiā, asseuerantes quod ſicut lex Velleæ omnes omnino casus complectitur, quibus quis ſuus deſinit esse heres; ita ſimiliter Galli Aquilij ſententia ex ſuā formulā proneniens, casus etiā omnes comprehendat, quibus filio ſuo herede ſublato, posthumus incipit ſuus heres eſſe, ſuę per mortem naturalem, ſuę per ciuilem hoc eueniat: ex quibus colligitur hanc prædictam posthumū institutionem, non ex Galli consilio præcise, ſed a diuina tam ex interpretatione, & latitudine a Scœuola inducta exemplo legis Velleæ conſervari.

### XXXVII. FLOS.

Succedit deinceps alia non minus difficultis dubitandi  
opus.

tatio, nini si est; si testator filium suum instituat, qui testamento tempore captus, & apud hostes erat, nepotemque ex eo futurum, & solum heredem testatori, iuxta formulam Galli institutam, qui posthumus neppos post mortem ait, ceterum in sui parentis vita nascatur adhuc apud hostes constituti, utrum ex Gallica formula possit talis posthumus institutio accipere vires? Et licet sub oscure Seceuola respondeat, affirmandum eum ipso est, cum institutionem recipere validitatem ex Galli Aquilij formulâ, ex eo ipso, quod iam post Velleâ legem, taxata sit, & ad omnes similes casus extendatur, quibus filius suus definit talis esse.

### XXXXVIII. FLOS.

**V**ltimus captiuitatis casus, venit disentiendas modò, si eius, qui filium habet, & ex eo futurum posthumum instituat secundum Galli Aquilij consilium, grauidanurus ab hostibus capta sit, & in captiuitate adhuc constituta, in luce prodat nepotem, patre, & aucto viuentibus, postmodum praeditus neppos post mortem sui parentis, cuius lumina in primis factura in perpetuum clausa, inoxque, & in secundis atque in ciuitatem fuit reditus. Dabitatur, utrum huiusmodi ne potis institutio subtiliter valeat? Et quantus noster Seceuola sapientissimus Iurisconsultus hanc dubitationem non clarè dissolueat, cum communis Doctorum plausu hanc predicationem institutionem aliquâ cum distinctione defendere conabimur, videlicet, quod si, ad rei veritatem attendamus, accipiet validitatem ex lege nouiori, quod lex Vellea interpretabitur, & non ex aliquo Iustius diffinie capite, sed ex duobus li-

mul

mul commixtis; si vero ad fictionem post liminj, ex antiquo iure, quod Galli consilium dicitur, firmitatem habebit institutio nepotis posthumus, cum modo intelligatur natus, siquidem anteā seruus, pro nullo habebatur.

### XXXIX. FLOS.

**O**curret modo illa cōtingens, sed subtilis admodū investiganda quēstio, videlicet, si aliquis natus ex filio in parentis potestate sistenti, pregnātem habeat, & futurum nepotem instituat iuxta formulam Galli, & ut testamenti firmitati magis atque magis consuleat, prōnepotē posthumū similitēr, ac nepotē iustitiat, & viuenti filio, & auctoratus fuit nepos, & decessit, grandam uxorem suam relinquentio; V. posthumus futurus prōnepos; si post mortē aut, & pro aut nasceretur, possit admitti ad prōnati successiōē ex eius institutione? Dubitandi ratio in p̄fessati ex eo origi-  
batur, nam cum prōnepos succedat in locum nepotis, qui vtilitētētō fuit institutus, & si suis partēibus super viueret, testamētū supererit latus agōatione, et in eo se inueniat præteritus, nihil patitur; tamen dicendum est, prōnepotem admissi debere, q̄bōiam istenon in locum patris sui, qui eam quam sūlis heres fuit, siquidērū in vita aut decessit, subrogātur, sed in locum filij, id est, avi; perinde ac, si sublata ne-  
potis persona, filio natus fuisse.

### XXX. FLOS.

**I**n his omnibus propositis disputationib⁹ ex Gallo. Aq̄bi  
tūq̄ deducit, accessario p̄cedere debet institutio filij  
iusti

in parentis potestate cōstituti; cum alias testamentum nullū sit; & ex Gallicā formulā institutio deduci non possit, cum conditionalia verba ipsam constituant: aliorum vero suorū institutio non desideratur, vt à principio testamentū valeat, cum præteriti possint.

EO H. 12022.22

22

## LEGIS VELLEÆ INTERPRETATIO.

### XXXXXI. FLOS.

**V**INTVS Ceruidius Sc̄euola hactenus de interpretando, & supplēdo Caij Aquili Galli, de aliis omnibus posthumis institutū dis consilio: vnde, quia de illis tantum erat, qui post variusque, p̄tris, & ap̄ mottem d̄ascebantur, neque erat satis ei rei prospectum, haec fuit postmodum in eam, longo tempore spatio interueniente; lex Iulia Vellea, quę voluit, viuis & bis, naros vltimū elegium non rumpere; de qua, re ita exigente, dilucidaq; explicationis methodo postulante, circa eius interpretationē parvū per nobis nunc erit substatōdū: & imposito ad eius intelligentia fine, nostrū terminabitur respectū certamē.

**V**iam uis ergo satis prospecū testamentū vilitati p̄tasset Gallus suā illā ex cogitatā, cā continentes postea causus in sufficientem declararunt, q̄noniam si, viuo filio suis testatētū, & illo Z̄lharo de studio, hocq; superelite, nepos nasceretur, ex Galli co filio testamentū, substatō potest, cum eaſe m̄ditis ad viſionē protrahantur.

batur; sicq; iti recessionis periculum deuoluitur; quod licet  
deuo solemniter confici posset viuente adhuc testatore,  
quia tamen nō semper id licebat, vltimi elogij firmitati hac  
Vellea lege prospectum fuit, cuius duo pronuntur capita.

#### XXXXXIII. FLOS.

**I**N primo ex suis capitibus lex Vellea cōstituit, vt quemad  
modum lege 12. tab. poterat institui nepos ex filio def-  
functo nasciturus, quia suus erat, & capax, & si nondum na-  
tus: ita quoq; ex noua legis Velleæ prouisione possit institui  
si tempore conditi testamenti viuat pater; cum satis sit pos-  
thumum capacem esse tempore, quo nascitur, in quod con-  
fertur institutio per ipsius legis dispositionem, quæ etiā ex  
ipsius mente ad pronepotes extendi potest.

#### XXXXXIV. FLOS.

**V**igitur dilucidā explanationem accipiat hoc primū  
Veileanum caput, & ab omnibus alijs posthumiorum  
institutionibus, ex diuersis fontibus descendantibus, secer-  
natur, aliquæ p̄r̄ ite opere pretium duximus. Primum ne-  
cessario desideratur, vt viuo testatore nascatur posthumus,  
sec⁹ atq; in formula Galli. Secundum, vt secundē procedat  
institutio, vt editus non sit testamenti tempore, quod aliter  
procedit in secundo Veileano capite. Tertium denique, vt  
natiuitatis tēpore suitate fruatur diuerse in nepote Iuliani.

#### XXXXXV. FLOS.

**T**otuosa adē res est, & explicatu difficilis, quæ in hoc  
secundo veileano capite constituitur; videlicet, quod  
nepo-

nepotes nati ante factū testamentū , & post illud in suorum  
heredum locū succedentes, quasi agnascendo, non insirmēt  
yltimate testatorum elogia, si se eueniant instituti, vel nomi-  
nati ex hereditati: quod quidem non modo est intelligendū  
de filio, & nepote, sed etiam extendendā est hæc Velleæ le-  
gis dispositio ad prōnepotes, & alios descendentes, qui per  
dilectionem suorum heredum, in ipsorum locum , & in vita  
testatoris reddacti sunt, qui omnes, licet ante hanc Velleæ  
nam proutisionem instituti possent , attamen non erat suf-  
ficiens eorum institutio, ut ex eā yltima testatorum volun-  
tas substitueretur, etim tales nepotes , vel pro nepotes non  
intelligerentur instituti vel ex hereditati tanquam sui heredes  
sed tanquam extrahēti, & alieni, & mutata eorum essentiali  
qualitate, totum iurabatur testamentum; quod ergo fuit  
prospectum per hoc yltimum velleanum caput, facultatem  
tribus testatoribus, ut possit instituere , vel nominatum  
ex hereditate, tam nepotes, quam prōnepotes ob suorum he-  
redum antecedentium dilectionem, succedentes, & eorum lo-  
cum occupantes, non tanquam alienos , ut eueniebat anti-  
quitus, sed tanquam suos heredes, ut ita possit testamentum  
sempre manere firmum.

XXXVII. FLOS:

**N**epotum , & prōnepotum institutio ex hoc yltimo le-  
gis Velleæ capite descendēs, nō solū est in cū casum fa-  
cta, quo filias naturaliter moritur, sed in omnes. Nos casus,  
in quibus p̄cedens desinit esse suus heres, & persona nepo-  
tis vel prōnepotis in eius locū succedēdo in vita testatoris,  
intrat.

XXXVII.

XXXVII. FLOS.

**E**X huiusque dictis iam deducitur illa apud omnes, sub  
obscura, atq; difficilis de cantata quæstio; virum vide-  
licet, si posthumus nepos post factum testamentū nascatur,  
in vita non modo aui, sed patris, ex ipsius institutione autu  
testamentum substatuerit possit, propter dispositionem ex le-  
ge Vellea descendente? In qua per difficulti dubitatione ne-  
gatiam amplectimur sententiam, cum legis dispositio illi  
non conueniat. Ceterum Iuliani sententiam sequentes,  
sistendo in utilitatis causa ob testatorum fauorem, & ipso-  
rum ultime voluntatis, uno, atque altero legis capite com-  
mixto, illud ultimum elogium conservatur, ex tali nepotis  
institutione.

XXXVIII. FLOS.

**V**LIMO etiam descendit, cū Iuliani sententiam admit-  
tam, alia non minus plausibilis, atque difficilis dis-  
cirienda quæstio, virum posthumus nepos, qui in vita pa-  
tris sui fuit editus; & post eius mortem tuus auo factus, pos-  
tea ab eodem emancipatus, possit, cum iam sit factus volun-  
tarius heres adire hereditatē ratione suę institutionis? Cir-  
ca huius dubitandi ratione, omnisque aliquorum Docto-  
rum plurimis interpretamentis: alijs melioris notæ, auto-  
ribus subscriptebetis, siccissimus in affirmativa sententia, cū satis  
sit conditionem institutionis semel adimpleratam fuisse, licet  
leuissimo temporis spatio.

HIS

HIS A DERIT PROPVGNATOR  
in magno hoc nostro terrarum orbe celeberrimo  
Granatensi Theatro , coram conscriptis Academiz  
Patribus , D. IGNACIVS ALMANZA  
DE LEON, sub patrocinio sui semper venerandi  
Magistri, Domini Doctoris D. FERDINANDI  
IRAVEDRA DE PAZ, Insigni Diu<sup>x</sup> Catharinae  
Collegij Togati, Primariæ iuris Cæsarei Ca-  
thedrae præstantissimi Mæcenatis ; Regalis Can-  
cellariæ , & Sanctæ Inquisitionis Aduocati.

Die      mensis Decembris. Anno  
Domini M. DC. LV.

Manè, & Ves-  
pere.

*Pro Vniuersitate, & Collegio, honoris & lucri.*

G R A N A T A,

---

Ex Typographia Regia, apud Balthasarem de  
Bolibar, In vico de Abenamar.